

Zwei Urkunden
aus dem gräflich von Loë'schen Archiv des Hauses Wissen.

Mitgetheilt von **Dr. J. B. Nordhoff.**

Nr. 1.

Karl von Wyhe, Agnes seine Frau, und ihre Töchter verkaufen an dem Gerichte in Goch den Hof Overfeld zu Wissen an das Kloster Grafenthal. 1297.

Ad cavendum oblivionis et controversie spendium nos Henricus de Tische, iudex in Gogge, et Henricus dictus Barleman advocatus domini comitis Clyvensis in Wise noticia presentium pandimus et futurorum, quod coram nobis constituti Carolus dictus de Wyhe et Agnes uxor eius legitima vendiderunt rite et legitime fratri Theoderico provisori conventus de Valle comitis ordinis Cysterciensium et predicto conventui curtim, dictam Overvelt, cum omnibus attinenciis, prout sita est ab antiquo in pratis, pascuis, nemoribus, agris, cultis et incultis, pro quadam summa pecunie, quam summam idem frater Theodericus eidem Caroli (sic) et Agneti coniugibus amicaliter et sine impedimento persolvit coram nobis. Huic vendicioni et empcioni et persolucioni huius pecunie interfuerunt consencientes filie Caroli et Agnetis conjugum predictorum videlicet Gevemer, Aleydis, Elena, Segewica, Hadewigis, Ulendis et Lisa, que omnes cum mundiburdis, ut jus matronarum requirit, legitime resignabant coram nobis tamquam in forma iudicii. Huic resignacioni et articulis antedictis interfuerunt Johannes dictus de Platea, Godefridus de Kambwik, Goswinus de Keylar, Gerardus de Platea, Reynaldus de Keylar, Wilhelmus de Keylar, Cluterus de Hedelshem, Godefridus de

Bruke, Gerardus Heyster existentes homines judiciales in Wise, ubi hec curtis sita est, qui sententiando dixerunt, quod Karolus et Agnes coniuges predicti et ipsorum filie predictae de cetero nullum jus, nullum fructum requirent vel habebunt in hac curte nec in attinenciis curti eidem propter legitimam resignacionem prescriptam. In huius rei testimonium ego Henricus de Tische predictus sigillum meum presentibus apposui et ego Henricus dictus Barleman, quia sigillo proprio careo, sigillum domini Johannis plebani in Wise hiis litteris apposui. Datum Wise anno domini m^o cc^o nonagesimo septimo in octavis Walburgis virginis.

(Das Siegel des Richters auf der Vorder- und Rückseite, undeutlich und unleserlich besiegelt, ist erhalten, das des Pfarrers von dem Pergamentstreifen abgefallen.)

Nr. 2.

Dechant und Capitel zum h. Severin in Köln verkaufen mit Bestimmung des Erzbischofs Wichold dem Ritter Luf, genannt Curteluf, alle ihre Güter in der Pfarrei Wisse. 1298 den 14. Januar.

In nomine domini Amen. Universis tam presentibus quam futuris, quibus presentes littere exhibite fuerint, Fredericus dei gratia decanus totumque capitulum ecclesie sancti Severini Coloniensis imperpetuum cognoscere veritatem. Veterum introduxit auctoritas et exemplum, ut ea, que fiunt in tempore, ne labantur cum tempore, scripture atque litterarum testimonio perhennentur: Hinc est, quod tam presentibus quam futuris perpetuo notum esse volumus, quod nos de communi consensu et voluntate fratrum totius capituli nostri considerata utilitate ecclesie nostre, cuius in hoc condicionem fecimus ac facimus perpetuo meliorem, quedam bona nostra et ecclesie nostre immobilia, que vulgariter hūven appellantur, sita in parrochia de Wisse in partibus inferioribus, in confinio ejusdem parrochie per illum districtum ubicunque consistentia in agris arabilibus, pratis, pascuis, nemoribus, piscariis, censibus, pensionibus cum omnibus pertinentiis et attinenciis suis ac juribus universis expressis et non expressis, prout ad nos et ecclesiam nostram pertinebant, libere et inconcussae vendidimus

et vendimus pro nobis et successoribus nostris honesto viro, domino Lūfoni dicto Curtelūf militi ementi pro se ac suis heredibus ad habendum, tenendum et perpetuo possidendum, pro precio sexaginta marcarum Brabantinorum denariorum una marca minus, duodecim solidis pro marca qualibet computatis, quam pecunie summam nobis recognoscimus esse in parato nomine justii precii numeratam, traditam et assignatam ac in utilitatem ecclesie nostre conversam ita videlicet, quod cum eadem emimus seu comparavimus alia bona ecclesie nostre perpetuo nobis viciniora et utiliora, per que ipsa ecclesia nostra existit locuplecior et in suis condicionibus meliorata, transferentes, tradentes et resignantes in manus ipsius militis et heredum suorum testimonio presentium perpetuo dicta bona cum omnibus suis pertinentiis et omne jus proprietatis et possessionis, quod habuimus in eisdem. Nos etiam Fredericus decanus, Otto scolaster, Hermannus choriepiscopus, Hermannus thesaurarius, totumque capitulum ecclesie sancti Severini predicte effestucando renunciamus simpliciter et in totum omni juri proprietatis et domini ac possessionis, quod habuimus in eisdem bonis necnon excepcioni non numerate, non tradite pecunie, doli mali, metus, beneficii, restitutionis in integrum ac etiam rescriptis impetratis vel impetrandis et alio quovis auxilio juris vel facti per quod ad rescindendum huiusmodi contractum rite initum et consummatum, agere possemus aut vendicionem et alienacionem huiusmodi per nos aut alios revocare. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presens instrumentum super huiusmodi vendicione, traditione et resignacione bonorum predictorum confectum nos... decanus et .. capitulum predicti sigillis nostris de scitu, voluntate et consensu omnium nostrum duximus muniendum et ad majorem roboris firmitatem super promissa vendicione et alienacione bonorum predictorum auctoritatem et consensum reverendi patris domini nostri, domini Wieboldi archiepiscopi Coloniensis optinentes sigillum eiusdem impetravimus hiis apponi. Nos vero Wieboldus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus predictus, facta nobis fide super premissis a dilectis in Christo.. decano et.. capitulo ecclesie sancti Severini Coloniensis supradicte, quod huiusmodi vendicio et alienatio bonorum predictorum ecclesie ipsorum sepedicte utilis sit et fructuosa eo, quod precium predictum in utiliores usus et

possessiones eiusdem ecclesie sit conversum, auctoritatem et consensum vendicioni, alienacioni, tradicioni, resignacioni et renunciacioni predictis adhibemus ipsas quam ratas habentes auctoritate ordinaria presentis scripti munimine, cui sigillum nostrum in testimonium firmitatis perpetue appendi fecimus, confirmamus. Facta est huiusmodi vendicio, alienacio et renunciacio bonorum predictorum presentibus . . decano . . scolastico . . choriepiscopo et . . thesaurario predictis, Theoderico dicto Gryn, magistro Nicolao, Winrico de Rinwerde, Harperno, Wernerio, Gerardo dicto Halfpaffe, Henrico dicto Overstolz, Daniele dicto de Ackeren, Henrico de Gluele, Henrico dicto Overstolz, Swedero de Barle, Hildegero dicto Hardewust, Gobelino dicto de sancto Martino, Adolpho dicto de Moilenarken, Godefrido dicto Gryn et Petro dicto Judeus ac aliis fratribus capituli ecclesie sancti Severini memorate anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo VII idus Januarii.

(Das letzte Siegel, vermuthlich das des Capitels, ist auch mit dem Pergamentstreifen verloren gegangen. Das große rundliche Siegel des Erzbischofs Wichold ist an einer Seite und unten, das längliche des Dechanten am oberen Rande und an der Seite stark beschädigt. Jenes zeigt auf der Rückseite das Secretiegel, auf der Vorderseite den Erzbischof im Ornat auf einem Sessel, dessen Lehnen noch in Löwenköpfe auslaufen, die Rechte segnend erhoben, die Linke den Krummstab haltend, dessen einfache Krone einwärts zum Bischofe neigt. Im Siegel des Decans sind die Gestalten schön von gothischem Rahmen und Stabwerk eingefasst.)

Beide Urkunden verdienen, abgesehen von der Reihe zahlreicher und wichtiger Zeugen, nicht bloß deshalb eine besondere Aufmerksamkeit, weil der Verbleib der Güter, über welche sie sprechen, sich durch spätere Urkunden und Acten genau verfolgen läßt, sondern namentlich deswegen, weil die erste einer Ortschaft, die zweite einer Pfarrei Wiße gedenkt.

Was zunächst den Hof Overfeld betrifft, der nach Nr. 1 dem Kloster Grafenthal oder Neukloster verkauft wird, so ertauscht sich denselben mit seinen theilweise im Kirchspiel Revelaer gelegenen Zubehörungen Degenhardt Bertram von Loe, Herr zu Wissen, vom Kloster gegen einen anderen Hof, am 3. September 1660. Die darüber aufgestellte Urkunde ist mit ihren drei Siegeln: dem der Abtissin, des Conventes und des Ankäufers, sehr gut erhalten.

Mehr Schwierigkeiten bereiten die beiden Urkunden dadurch, daß die erste eine Ortschaft Wise, die zweite geradezu eine Pfarre Wissen kennt. Eine Pfarre Wissen ist jetzt nämlich durchaus nicht nachweisbar, wohl aber eine Gemeinde Wissen, welche im Süden nahe an die Kirche Weeze gränzt und mit der Gemeinde Weeze zu einem Pfarrbezirk vereint ist. Um irgendwie eine Aufklärung dieser widersprechenden Verhältnisse zu ermöglichen, wird es nothwendig sein, anzunehmen, daß das Wort Wise oder Wissen allmählich in Weeze übergegangen ist, so sonderbar auch immerhin die Sprachbildung ausieht, wonach in dem Hause Wissen der alte Name bis auf den heutigen Tag nachklingt, die Pfarre aber, welche das Haus mit umfaßt, allmählich den Namen Weez oder Weeze angenommen hätte. Eine Umbildung des i-Lautes in e fand ja ohnehin recht häufig Statt, die alten Bezeichnungen Wise und Wisse entbehren doch am Ende das n, und treten damit schon in eine genauere Lautverwandtschaft mit dem jetzigen Namen der Pfarre Weeze. Das Wort Wisse oder Wise auf das jetzige Haus Wissen oder auf die dasselbe umfassende Gemeinde Wissen zu beziehen geht schwerlich an, es sei denn, daß das Wort parrochia in alten Zeiten außer den kirchlichen zugleich communale oder bauerschaftliche Gränzen bezeichnet habe.

Der nach der Urkunde Nr. 2 verkaufte Güter-Complex geht zunächst auf die Familie von Keldont und dann durch Erbschaft auf andere Familien, zuletzt auf die Familie von Loe zu Wissen über. Fast hundert Jahre, nachdem das Severins-Stift ihn dem Ritter Ruf verkauft hatte, findet sich ein Didderic van der Keldone in seinem Besitze, sei es durch Kauf oder, was wahrscheinlicher ist, durch Erbschaft; dieser überträgt nämlich laut einer Original-Urkunde im Jahre 1369 op sente Georgius dach, des hilligen ridders .. der Elisabethen, Heynrics Greyffen echte dochter ... alle alsulke hoeven, erfnisse en guet in den gericht van Wese geleghen mit oeren toebehoeren, also des dekens en capittels van sente Severyn tot Coelen plagen te syn. Diese Elisabeth heirathete Johan van Berenbruic, und diesen Weiden überträgt auch ein Rutger van Gestelen nach einer Original-Urkunde des Jahres 1384 des sonnendages nae sunte Mattheus dach auch seinerseits alle alzulke guyt en laeten en laetscap mit oeren torffeyn en bruycslegen im Gerichte Weeze, auf welche er vielleicht bestimmte Erbsprüche hatte. Wie sie nun mit Elisabeth, der Tochter des Heinrich Greyff, an die Familie von

Berenbroich kamen, so gehen sie von der letzteren mit der Erbtöchter, wiederum Elisabeth genannt, an die Familie von Loe zu Wissen über. Elisabeth von Berenbroich hatte sich nämlich an einen Wessel von Loe vermählt; ihnen kauft Johann von Loe das Haus „Die Mühle zu Wissen“ von Anna von der Straeten, der kinderlosen Witwe Johannis von Brochuisen, und ihnen überträgt dann Anna alle Güter, Rechte und Lehne, die zum Hause Wissen gehören, im Jahre 1461 des neisten dinstages na onss heren hemelvartz dage. Diese Elisabeth von Berenbroich nun, die einzige Tochter Luifs von Berenbroich und der Bety van Hunsler, brachte, als letzter Zweig, alle Güter ihrer Familie erblich an ihren Gemahl Wessel von Loe, gleichwie sie auch späterhin, als ihr Oheim mütterlicherseits, Heinrich von Honselar, ohne Kinder verstorben war, dessen Güter erbte.

(Nach dem Vorworte des großen Copiars II vom Jahre 1554 im gräflich von Loe'schen Archiv.)

